



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Septem Illvstrivm Virorum Poemata

Cesarini, Virginio

Antverpiae, 1662

Ad Villam Perettam in Agro Tvscvlano, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-7990

A D
 VILLAM PERETTAM
 IN AGRO TVSCVLANO,
 Cùm Flavius Chifius S.R.E. Cardinalis
 lentâ inibi febrî detineretur.

Villa decus Latiae telluris, candida Villa,
 Credita cui domini vita salusq; mei;
 Salue ô deposito felix, & pignore tanto
 Factura egregijs urbibus inuidiam.

Quòd si quàm felix, si quàm formosa vocaris,
 Vis quoque tam nobis dicier esse pia,
 Redde illum precibus tandem mitissima nostris,
 Et Romæ assiduis vocibus incolumem.

Spes fuit, his Iuuenem recreatum dulcibus auris
 Non multos intra posse valere dies.

Urbis propterea graue murmur, & aëra lentum
 Deseruit, calo posthabuitq; tuo.

Irrita ne facias quæ tu sperare iubebas;
 Sed fac quod medica non valere manus.

Omnia præsidia, atque artem consumsimus omnem:
 Morbi euellendi nulla relicta via est.

Seeta bis ardentem venis fudere cruorem
 Brachia, nec pedibus sæua pepercit acus:

F

Non

Non tamen idcirco penitus deferbuit ardor
 Indomitus: per enim viscera serpit adhuc.
 Omnes experti succos, quos Appula tellus,
 Pinguibus & venis India diues alit;
 Non tamen Appulia, nec quos alit India succos
 Attulerunt, agrum quæ releuaret, opem.
 Nil non tentatum nobis: nil profuit agro:
 Quæq; iuuat cunctos, huic fuit herba nocens.
 Heret adhuc siccis vis morbi infixæ medullis,
 Nescius & stomacho cedere languor iners.
 Iamq; dies illum decies, heu, quinque iacentem
 Lectulus ingrato detinet hospitio.
 Scilicet est illi sedes inuisa quietis,
 Pluma grauis misero est, ipsaq; dura quies.
 Nos verò interea, FlauI cum posceret ægri
 Lapsa valetudo publica damna queri,
 Colle super viridi, nigraq; sub ilice lenti
 Ludimus imparibus carmina iuncta modis.
 Et nunc insidias auibus, nunc tendere damis,
 Nunc iuuat Albanos currere lixtre lacus.
 Ire nec aërii piget ad fastigia montis,
 Vnde humiles terras cernimus, & maria.
 Sæpè suburbanas amor est lustrare ruinas,
 Quæq; iacent veterum tot monumenta virum.
 Atque

A
 Atque
 Dic
 Viuam
 Firm
 Inde su
 Et lo
 Me tam
 Adm
 Nec tan
 Ferre
 Tu nostr
 Istic i
 Pallor ea
 Desin
 Fac rede
 Occup
 Fac reu
 Flore
 Sic tibi n
 Nec ti
 Sic quæ p
 Exule
 Sic tristes
 Iupiter

Atque hîc obliti curarum, Urbisq; laborum,
 Dicimus: O hominum gloria, spesq; breues!
 Viuamus dum fata sinunt, dum sanguis & aetas
 Firma: venit celeri cana senectâ pede.
 Inde super mensâ discumbitur ordine longo,
 Et loquimur multo libera verba mero.
 Me tamen hac inter domini languentis imago
 Admonet in magnâ viuere tristitiâ;
 Nec tantum precibus Diuos onerare, sed ipsis
 Ferre iubet saxis vota precesq; dolor.
 Tu nostro, tu, Villa, precor, succurre dolori:
 Istic iam lucas bis iacet ille nouem.
 Pallor eat, maciesq; omnis procûl, & mala febris
 Desinat alterno corripere ossa gelu.
 Fac redeat pedibusq; vigor, sensusq; palato,
 Occupet & totâ lumina nocte sopor.
 Fac reuocent vires excusso membra veterno,
 Floreat & leto pristinus ore color.
 Sic tibi ne pinguem ledant mala gramina messem,
 Nec timeat siccos vinea culta dies.
 Sic quæ perpetuò velat nebula improba Romam,
 Exulet eternum finibus illa tuis.
 Sic tristes hiemes, & fetos grandine nimbos
 Iupiter intactis arceat arboribus.

Sed, cum opus est, placidum demittat ab aethere, sensim

Qui sole arentem temperet imber humum.

Ipsa tuos colles viuaci Pallas oliuâ

Vestiat, & Baccho certet amica Ceres.

Quiq̄ coloratos reditum meditatur ad Indos

Pomorum nullo vinc̄tus honore caput,

Hinc legat Autumnus semper sibi poma, suasq̄

Conferat huc omnes fertilis annus opes.

Prætereà si fama tibi, si gloria cordi est,

Villarum fies tu quoque nobilium.

Nam tibi munera leta, tibi annua sacra feremus

Instructi citharâ, carminibusq̄ sacris.

Huc ego cum Musis Parnassia templa potenti

Carmine traducam, Pieriosq̄ lacus.

Hic edera surgent, hinc laurus digna Poëtis,

Hinc se victores cingere fronde volent.

Tunc tibi Telegoni cedit locus omnis, & vdo

Quotquot spectantur Tibure deliciae.

Cedit & ipsa Paphos, semperq̄ virentia Tempe,

Et fies hortis notior Alcinoi.

A D

A

FEI

In

S Ecr
Et

Qua p

Mort

Accip

Quos p

Et vos

Me fini

Illius a

Corticib

Viuet a

Me fini

Tristibi

Quod r

Dulce

Hoc an

Vulnere